

SVENSKA SPINDLAR

UTI
SINA HUFVUD-SLÅGTER INDELTE
SAMT UNDER
NÅGRA OCH SEXTIO SÄRSKILDTE *ARTER*
BESKREFNE
OCH MED ILLUMINERADE FIGURER UPLYSTE,
PÅ KONGL. VETENSK. SOCIET. I UPSALA
BEFALLNING UTGIFNE

AF DESS LEDAMOT


CARL CLERCK.

CAROLI CLERCK

REG. SOC. SCIENT. UPSAL. MEMB.


ARANEI
SVECICI,
DESCRIPTIONIBUS ET FIGURIS
ÆNEIS ILLUSTRATI,
AD GENERA SUBALTERNA REDACTI,
SPECIEBUS ULTRA LX DETERMINATI,
AUSPICIIS
REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARUM
UPSALIENSIS.

STOCKHOLMIÆ, LITERIS LAUR. SALVII, MDCCLVII.



EX
BIBLIOTHECA
ACAD. GEORGIAE
AUGUSTAE.

STORMÅGTIGSTE ALLERNÅDIGSTE
KONUNG!

 *A*tt för EDER KONGL: MAJ:TS höga åsyn
framte ett ämne af så ringa vikt, som
här omhandlas, vore visserligen alt för
våg-

vågsamt, om ej insigt och kärlek för Vetenskaper
och deras sanningar funnit rum ibland andra
EDER KONGL: MAJ:TS höga Kongelige Egenskaper.

Sedan EDER KONGL: MAJ:T tackts med
Nådigt Vålbehag anse den ringa Samling af
Svenska Insecter, som, för EDER KONGL: MAJ:T,
år 1753, jag hade den Nåden at frambära,
drifstar för EDER KONGL: MAJ:T jag uti lika
underdånighet nedlägga denna lilla Afhandling
om de särskildta Spindelslag, som jag kring
Stockholm kunnat finna.

Om det ljus, som Natural-Historien härige-
nom kan tilskyndas, hållt för den delen, som an-
går dessa små djur i Norden, och mitt bemö-
dande, af EDER KONGL: MAJ:T Nådigt anses;
vinner jag mitt högsta ändamål, och uppmun-
tras

*tras til fortfarande på denna ännu nog oba-
nade våg.*

*Fag framhårdar med all underfåtelig
vårdnad,*

STORMÅGTIGSTE ALLERNÅDIGSTE
KONUNG !
EDER KONGL: MAJ:TS

underdånigste och tropliktigste underfåte och tjänare
CARL CLERCK.

Extract af Kongl. Vetensk. Societet.
Upsala 1756 den 18 Octob.

Hr CLERCKS *Tractat om Svenska Spindlar* blef uti Kongl. Vetensk. Societeten inlämnad och genomförd, som fants innehålla noga beskrifningar och liflige figurer på de måsta inländske Spindlar, ty anmodas Auctor, at, til Naturkunnighetens förkofran, med första låta densamma komma i dagsljuset.

CARL LINNÆUS,
S. S. P.



Til Läsaren.

Då Herr Archiatern och Riddaren LINNÆUS, år 1739, kom hem ifrån sina utrikes resor, började Han här i Stockholm, med föreläsningar i Natural-Historien.

Jag hade den lyckan, at jämte andra få böra de samma; och ehuru jag tilförenej ägt tilfälle, at därtil lägga någon grund, samt desutan af andra syfslor och förrättningar var ständigt hindrad; kunde jag dock ej emotstå den lust, som Herr Archiaterns undervisnings- och umgänges-sätt hos mig til denna Vetenskap upväckte.

Jag lämnar här å sido Herr Archiaterns djupa insigt, ogemena uppfinnings-gåfva, kärlek för sanningen och det Allmänna, samt
an-

Ad Lectorem.

Redux a peregrinatione sua, Archiater & Eques auratus D:nus LINNÆUS, publicas Anno 1739 hic Stockholmiæ in Historia Naturali Prælectiones orsus est.

Auspicato mihi licuit, illas una cum pluribus attendere; & quamquam, ante id tempus, functiones meæ atque negotia, me & occasionem locandi quædam scientiæ hujus fundamenta instanter præoccuparunt; alacritati tamen, qua D:ni Arch. docendi ac conversandi modus in hanc animum meum accendit Scientiam, non resistere potui.

Profundam cognitionem, dona excogitandi egregia, amorem veritatis ac Societatis, aliasque D:ni Archiatri virtutes, hic prætermittendo,

FÖRETA L.

andra egenskaper. *Stora Mån* i Naturens Riken, hvilka redan är-känt Honom för Ledare, hafva gjort det för mig.

Jag vil allenast underrätta Läsaren, at hvad i denna Skrift anföres om Spindlar, är anmärkt på Herr Archiaterns LINNÆI uppmuntran.

Eburu litet jag i detta ämnet gjort, och eburu mycket ännu återstår af dessa kråks fullkomliga beskrifvande; är dock denna min kärta Afhandling om Svenska Spindlar, hvilken jag Kongl. Vetenskaps Societetens i Upsala ompröfvande underslått, med en oförmodad beder belönt. Jag anser den samma som en uppmuntran och förbindelse, til at fortsara på Natural-Historiens vida fält, med upmärksama rön, som förr icke varit kunnoge, och tjäna at visa, huru alla rum äro fulla af HERRANS ära och under.

Min tanke var i början, at denna min kärta Afhandling om Spindlar skulle blifva i Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens
Hand-

summos imitor Regnorum Naturæ Viros, Qui Ipsum pridem Ductorem suum agnoverunt.

Volo saltem, ut sciat Lector, D:no Archiatro LINNÆO exhortante, animadvertisse me, quidquid in hoc Scripto de Araneis adnotatum est.

Argumento huic evolviendo quantulus allaboraverim, quantumque in plenaria horum Insectorum Descriptione ad huc desideretur; inopinato tamen honore compensatus est brevis hic de Svecis Araneis Tractatus, quem Regiæ Societatis Scientiarum Upsaliensis censuræ submitseram. Istum respiciens, concitatum me fateor, & alligatum ad campos vastos Historiæ Naturalis perlustrandos, idque cogitate exquirendum, quod ignotum est, at ostendere potest, quam gloriosa Domini & mirifica facta singulos impleverint locos.

Variis consulto omisissis ad allegandum idoneis, hunc Araneorum Tractatum, qua potui, brevitate conscripsi, ratus fore, ut Regiæ Academiæ

FORETAL.

Handlingar införd; och i det asseendet, är den skrefven kárt i mögeligaste mätto, så at åtskilligt blifvit förbigånget, med slit, hvilket varit tjänligt at anföra. Och som jag förnämligast haft til föremål, at vinna tiden, och finna Spindlarnes antal, til Slågter och Arter, samt göra dem bekanta, medelst känneteken och ritningar, på det hvar och en skulle med säkerhet kunna urskilja dem; så har jag utelämnat det, som jag i hastighet tyckt vara til detta ändamål mindre nödigt. Såsom, om det är en eller flera Spindel-arter, ungar eller fullväxte, som draga de otaliga många trådar, ofta på en enda natt eller aftonstund, öfver stora åkerfälten; om dessa deras göromål är, för deras nödvändighet til födans förskaffande; eller förebod af oväder; eller teken til jordens skickelighet at kunna sås &c. &c. Saker, som visserligen förtjäna rum och uppmärksamhet uti en fullständigare Spindel-Historia.

Men som Kongl: Svenska Vetenskaps Academien fant, det lång tid fordrades, til at införa detta i Handlingarne, och at den, som ville göra sig någe och nytta af Spindlarnes ytterligare kännande

på

mie Scientiarum Sveonicæ Actis insereretur. Et quia primarium fuit propositum, lucrari tempus, Generumque ac Specierum Araneorum numerum invenire, imo characteribus atque figuris istos reddere familiares, quo a singulis cum certitudine discernerentur; subitaneo prætermisi decreto quidquid ad propositum obtinendum minus necessarium judicaveram. Scilicet, utrum una vel plures Araneorum Species, pulli vel adulti, sint, qui unica sæpe nocte aut vespera, amplissima arva innumeris perducunt filis; an alimenti necessitas hæc illis negotia facessat; tempestates ne præmonstrent futuras, an tellurem sementi idoneam &c. &c. Res sane & loco & notatione dignæ in Integra Araneorum Historia.

Regia vero Academia Scientiarum Svecica, videns, multum temporis requirere Historiam hanc, si in Acta Ejus induceretur, eosque, qui

am-

FORETAL.

på särskilda orter, intet kunde förr göra det, än han sett hela Afhandlingen tilsamman; så vardt jag ej allenast tilstyrkt, at utgifva den samma i ett särskildt Värk; utan jämväl försäkrad om befordran til önskelig affättning.

Jag har med all flit sökt, at få upplysning af LISTERS och ALBINS Arbeten, hvilka för mig beskrifvit Spindlar; men den Senares har jag til denna stund icke sett; och den Förras förgicks under bitfarten på sjön. Omsider fick jag den förras om händer på Kongl. Bibliothéquet, då jag med mycket nöge fant, at han brukat samma indelning, som jag endast tänkt förslags-vis framgifva.

Jag undrar högeligen, kvarsföre LISTER, som varit på så många ställen i Stora Britannien, ej öfverkommit flera, än några och trettio Spindel-arter, där jag dock allenast kring Stockholm funnit några och sextio.

At

ampla Araneorum cognitione diversis in locis proficere ac delectari vel lent, minime id prius facere posse, quam totum haberent Tractatum, non tantum me exhortata est ad istum separatim edendum; sed etiam fidem dedit, futurum, ut impense meæ promotæ ac optatæ exemplarium venditione redimantur.

Præ majori illustratione, studiose quæsi Scripta LISTERI & ALBINI, qui ante me Araneos descripserant. Illius vero sub transvectione mari submersa sunt: hujus ad hanc usque horam mihi non visa. Tandem, postquam Regia Bibliotheca prioris Scripta meis manibus creditur, magna cum voluptate intellexi, illum ibi servari ordinem, quem ego ut designatum saltem exhibere decreveram.

Impense miror, LISTERUM, tot Magnæ Britannie locorum perveſtigatorem, non plures Araneorum Species, quam aliquot supra triginta, invenisse, qui circum Stockholmiæ solam sexaginta & nonnullas deprebendi.

Quod

F O R E T A L.

At jag skrifvit något, som Han redan i sin tid gjort bekant, hoppas jag, ej lærer illa uptagas: ty hans Bok är så rar, at man med möda kan få läsa mindre äga den samma; desutan, när flera vitna lika i en sak, stadfästes därigenom så mycket mera sanningen. At jag åter lämnat något af det han anfört, tror jag, ej lærer lända mig til last. Min tanke är, at här ej uptekna andras berättelser, utan endast egna rön.

Dock, at lindra Läsarens möda, med denna sällsynta Boks eftersökande i Bibliotheken, har jag utdragit det märkvärdigaste, som Han om dem skrifvit, och jag ännu ej sett.

„Pag. 8. Spindlar af medelmättig ålder och storlek, med tråns
 „tillhjälp, förtro sig at tunna luften, och genom den samma stiga upp
 „til högsta skyarne. Det är visserligen sant, at de varit högt öf-
 „ver min syn, äfven då jag med slit sett efter dem på högsta torn.
 „Pag. 9. Trån smälter ej då den sjudes i gement vatten, ej eller
 „i elden förtåres, då den brännes; den fånger icke någon låga, men
 „be-

*Quod nonnihil adduxerim ab ipso tunc temporis indicatum, haud e-
 gre acceptum iri spero: Liber enim ejus tam rarus est, ut vix occurrat
 oculis, multo minus in possessionem veniat: præterea, quando plures
 de una re sua dicunt testimonia, eo magis veritas confirmatur. Nec mi-
 hi succenseri puto quod ex relatu Illius quædam tacuerim. Constatui
 non aliorum relatus, sed propria experimenta, regerere.*

At, ne magno tamen cum labore, rarus ille liber in Bibliothecis quæ-
 ritur, a me usui Lectorum inde breviter id excerptum volui, quod a me
 non visum est, ibi vero attentione dignissimum perhibetur.

„Pag. 8. Sed quod omnem fidem superat; & de quo omnino nulla
 „mentio apud Antiquos aut Recentiores est, Araneolos, aut mediæ certæ
 „ætatis & magnitudinis, nam adultos in aëre me nunquam observasse
 „memini, fli auxilio se committere leni auræ, ascensumque in aërem
 „per summas nubes moliri: Illud certe verissimum est, eas longe

FÖR E T A L.

„behåller en limaktig natur, lika som Gammi. Pag. 13. GOE-
 „DART berättar om Ichneumonernes krig med Spindlarne på föl-
 „jande sätt: Denne flugan, hvars ritning vi framgifva, är Spind-
 „larnes bådske fiende, förföljer och dödar dem af särdeles bat. Jag
 „har rönt, at bemälda flugor gripa an Spindlarna, och gifva dem
 „banesår, då de sitta midt i näten, och lura på at fånga de flugor,
 „som flyga dit. När Spindlarne det märka, kasta de sig neder
 „på marken, ledandes sig vid en trä; men flugorne följa efter, och
 „sönderbryta Spindlarnes fötter i ordning, och sedan de tyckt sig
 „vunnit seger, spatsera de af glädje några gånger kring om Spin-
 „delens kropp: det har jag tre resor rönt, och sedan sett Flugan
 „flyga sin kos med den döda Spindelen. BELLONIUS hos ALDRO-
 „VANDUS bekräftar detsamma, at det är ett slags Insect, (Sphex)
 „blod-

„extra conspectum meum evectos fuisse, etiamsi supra celsissimam tur-
 „rem aliquoties de industria contemplerer. Pag. 9. Filum ex aqua
 „communi coctum, non liquefit; ut ne igne quidem, si torreatur. Flam-
 „mam non concipit; sed gummi instar glutinosam retinet naturam.
 „Pag. 13. GOEDARTIUS Batavus sic. (*) „Musca hæc, cujus figuram
 „damus, inquit ille, acerrimus est Araneorum hostis, & singulari anti-
 „pathia eos persequitur, atque occidit; cum reliquæ muscæ Araneorum
 „reticulis strangulari soleant, iisque pro cibo inservire. Expertus
 „sum Muscas prædictas, dum Aranei Muscarum capture student, in me-
 „dio reticulorum suorum Muscas advolaturas expectantes, eas medias
 „arripere, & lethali vulnere afficere. Quod ubi animadvertunt Ara-
 „nei, subito se in terram, filo quodam appensos dejiciunt; sed sequuntur
 „muscæ & singulos Araneorum pedes ordine quodam confringunt, tan-
 „dem plena jam adeptæ victoria, cum gaudio corpus Aranei ambiunt a-
 „liquoties, præ gaudio quasi exultantes. Id factum ter observavi,
 „posteaque Muscam cum Araneo jam mortuo avolantem vidi. Hæc
 „GOEDARTIUS. Illa autem observatio de Araneis retium textoribus
 „facta est; at BELLONIUS apud ALDROVANDUM etiam de Pbalangio simi-
 „lem refert (**). „Animalculum est e Vesparum genere, quod Ichneumon

ve-

(*) Hist. Insect. Par. I. Hist. 58.

(**) BELLONII; Lib. 2. Obs. Cap. 22. apud ALDROV.

FÖRETALE.

„blodlöst, til utseende likt ett bi eller geting eller storflyglad myra,
 „dock mindre än en geting: gör sit hål i jorden äfven som Spin-
 „delen (Phalangium). Han öfvervinner Phalangium, då denne
 „är gången utur sit hål; men måste vika ifrån honom med oförrättadt
 „ärende, om han griper honom an i des hå. Det hände, at Sphex grep
 „an Phalangium, då denne var gången utur sit hål, och slåpade honom
 „med sig, som myran hvetekornet; och dref honom hvart han ville, dock
 „med mycken svårighet. Ty Phalangium fattade med sina kwas-
 „hulliga fötter i alt, hvad som mötte honom, och spjånade mot så
 „mycket han kunde. Men Sphex stack honom på åtskilliga stäl-
 „len med sin gadd, den han satt fram såsom et bi. Och flög, så
 „snart han vardt trött, hit och dit et stenkast därifrån. Sedan
 „sökte han sin Phalangium på nytt; men som han tappat bårt
 „stället, där han lämnat honom, så fölgde han hans sporr, liksom
 „ville han vådra den upp, ej mindre än hundarne harens sporr.
 „Då

„vespa appellatur: bellum internecinum habet cum Phalangio; cum ve-
 „ro eorum pugnam vidimus, ipsam commemorare libuit. Insecti ge-
 „nus est (Sphex) sanguinis expers, forma Apis sive Vespæ, vel magne
 „formicæ alate perquam simile, Vespa tamen minus, in terra etiam
 „suum latibulum, quemadmodum Phalangium, faciens. Superat Pha-
 „langium quandocunque id extra suum latibulum invenire potest; at si
 „in latibulo id adoriatur, sæpenumero re infecta redit. Accidit, ut Ich-
 „neumon vespa Phalangium e suo latibulo egressum corripere, atque post
 „se traheret, quemadmodum formica tritici granum; idque quo volebat
 „impelleret, tametsi non sine magna difficultate. Nam Phalangium
 „pedum uncis obvia quæque apprehendens, quantum poterat, retineba-
 „tur. Ichneumon (Sphex) vero suo aculeo, quod instar apis exserit, va-
 „riis in locis ipsum pungebat. Defessus autem ista pertractatione avo-
 „lavit hac illac oberrans ad balistæ fere jactum: Deinde suum Phalan-
 „gium requirens, nec quo reliquerat loco inveniens, ejus vestigia seque-
 „batur, quasi illa odoraretur, non minus quam canes leporum vestigia.
 „Deinde inventum plus quam quinquagies aculeo pupugit, rursumque
)(2 „per-

F Ö R E T A L.

„Då han råkade honom, gaf han honom mer än femtio sting med
 „gadden: slåpade honom hvart han ville, och gjorde där en ända
 „med honom. Pag. 27. LISTER säger, sig hafva retat Spindlar,
 „och sunnit, när de velat bitas, huru de stänkt ifrån sig öfver 10
 „gångrer droppar likt klart vatten. Han hafver icke dristat göra
 „försök på sig med samma vätska, och fördenskul icke kunnat utrö-
 „na, om den är giftig eller ej.

Där finnas väl några flera märkvärdigheter omtalte, men ej
 af sådant betydande som dessa anförde.

För tydeligheten skul, har jag varit nödsakad, at namngifva
 en eller annan del på Spindlarne, efter det begrep, jag fattat om
 den tjänst och nytta, de dem göra: ty eljest torde meningen kunnat
 såfångt eller svårligen utletas. Gillas desse namn, är det mig
 kårt; ogillas de, är jag nögd, at antaga dem, som til delarnas tyde-
 ligaste igenkännande hädanefter kunna påfinnas.

Ej eller vil jag påstå, at de namn (nomina trivialia), jag
 gif-

„pertrabens, quo voluit, perduxit, ibique plane confecit. Hæc BELLO-
 „NIUS. Pag. 27. LISTER. Araneos ipso morsu venenarum suarum demittere
 „ideo mihi verisimile est; quod ab una aliqua hac bestiola a me laces-
 „ta, lymphæ purissimæ similes guttas exiguas decies & amplius intra
 „breve tempus resperjas notavi; idque toties factitavit, quoties mor-
 „dere voluit; in corio tamen mortuo propter securitatem periculum feci,
 „de meo certe ludere nolui; ut an veneficus & quatenus sit ipse latex,
 „mihi adhuc incompertum est.

Plures quidem res memorandæ ibi obveniunt, ejus vero non mo-
 menti, ac illæ, quas commemoravi.

Perspicuitatis ergo, oportuit, ut nonnullas Araneorum particulas
 appellarem nominibus, & sibus & functionibus earum, meo iudicio, congruis:
 alioquin enim, frustra aut difficulter sensus exploraretur. Ad probatis
 letor; pro improbatis patior substitui, quotquot particulis optime per-
 noscendis fuerint excogitata.

Nec Nominum, quæ Araneis imposui, trivialium convenientiam
 de-

FÖRETA L,

gifvit Spindlarne, äro de bästa. Lika mycket kan det vara, med hvad namn baxar och en kallas, allenast ritningen och beskrifningen noga gifva tilkänna, huru hvar och en bör se ut, som skal begripas under det eller det namnet.

At jag är oviss, om en eller annan 'utgöra' särskilda Arter, eller, såsom särskildt kön eller ålder höra til dem, hvarunder de äro stäldte, håller jag före vara bättre, at uprigtigt tilstå, än gifva det ut för visst som ovisst är. En och annan har jag ock värkeligen åtskilt, efter den anledning och de skäl, jag tyckt, mig hafva därtil; men om säkrare rön framdeles göra två eller flera Arter til en, afstår jag gärna min förra mening.

Jag hade önskat, det tiden och lägenheten tillätit alla Figurerernas nogaste granskning, så at ej något vore stridigt mot Beskrifningen; men jag fruktar, at ett qvickt och skarpsynt öga, på många ställen, blifver varse et hastigt eller försumadt penseldrag. Och fast ritningarne icke äro gjorde med den fullkomlighet, som målare-reglorne och en hög smak fordra; så har jag dock varit mon om
ty-

defendo. Nihil interest, quibus singuli nominibus nominentur, si modo pictura & descriptio formam ejusque, hoc aut illo nomine notandi, accurate exhibent.

Quod dubito, utrum unus aliusve distinctas species constatuant, aut, sexu vel etate diversi, ad eos spectent, sub quibus describuntur, præstat, reor, fateri, quam incertum pro certo obtrudere. Paucos revera distinxi, rationibus ductus, id postulantibus; sin, certioribus olim experimentis, duæ vel plures species una determinantur, priorem meam libenter sententiam concedo.

Optassem sane, ut per tempus licuisset, figurarum inspectioni subicere accuratissimæ, ne qua ex parte Descriptioni repugnent; Vereor autem, ne acutus & perspicax oculus, multis in locis lineam festinanter & minus adpositæ ductam facile perspexerit. Et licet figuræ ea dexteritate, quam regulæ artis pictoriæ gustusque mentis delicatus efflagitant, non
per-

F O R E T A L A

tydeligheten. Deras kästfambet hade då blifvit långt drygare både för Förläggaren och Köparen.

Den method, jag i detta arbete har brukat, underkastas Läsarens omdöme: ehuru jag tyckt, den vara någorlunda fullständig och redig, håller jag den dock icke för så god, at den ju vida kan förbättras, och är alltså beredd, at i Supplementet vidlöftigare utföra hvad här för kärtheten skul är utelämnadt.

Ingen bör tvifla, at flera Spindlar gifvas, än här äro beskrefne. Således, på det deras Historia, med sina tillhöriga märkvärdigheter, må, så mycket mögeligit är, blifva fullkomlig, anmodas denna Vetenskapens älskare, at, när någon ny Slägt eller Art finnes, den då må beskrifvas, med de omständigheter, som i detta arbetet tydeligen visas vara nödvändiga, samt afritad, jämte sjelfva Spindelen, til mig sändas: då jag ej ärnar betaga någon uppfinnings-bedern, utan skal, tillika med Spindelens Beskrifning, uppteckna Angifvarens namn i Supplementet.

FÖR-

perfectæ sint; de perspicuitate tamen sollicitus fui. Pretium earum tum multo gravius fuisset tam Sumptuaris quam Emptoribus.

Methodus, qua Tractatum hunc elaboravi, Lectorum judicio permittitur. Idem, quam plena & plana meo fuerit arbitrio, ejus perfectionis non estimo, quin emendatione apud habeat; quapropter ad id, quod brevitas studiosus hic misit, Supplemento plenius inserendum, paratus ero.

Nemo dubitet, plures, præter descriptos, Araneos dari. Ut igitur Historia eorum, cum momentis suis, in quantum fieri possit, integra evadat, Omnes atque Singulos scientiæ huic addictos rogatos volo, describant novam Genus seu Speciem, quantocius invenitur, una cum circumstantiis, quæ hoc in Libro necessariè ostenduntur, delinant, & ad me, comite Araneo, transmittant. Nulli honor Inventori derogabitur, verum Nomen Ipsius, juxta Aranei descriptionem, commemorabitur in Supplemento.

P A R S



J. Gottman del.

C. Bergquist Sculptit

FÖRRA STYCKET,
Om Spindlar i Gemen.

FÖRRA AFDELNINGEN.

Om hvad som är allmänt bland Spindlar.

§. 1.

Under det namnet *Spindel*, vil jag inga andra hafva begrepne, än de, hvars *Bröst och Bal* sitta med et smalt fäste tilsammans, och hwilkas *Hanar* hafwa sin afsele-lem på armarna, men *Honorna* under bälén.

§. 2.

PARS PRIOR,

De Araneis in genere.

SECTIO PRIOR,

De iis quæ omnibus Araneis sunt communia.

§. 1.

Aranei nomine nullos alios insignitos volo, quam eos, quorum *pectora* & alvi tenui quadam junctura coherent; & quorum *mares* in brachiis, *femina* vero sub abvis, *membra sua genitalia* habent.

A

§. 2.

FÖRRA STYCKET.

§. 2.

Om Spindlarna kunna fågas hafva *bufvud, axlar, rygg, med flera dylika delar*, lämnar jag dårhån. På det jag ej allenast må blifva kårt, utan ock tydelig, kallar jag des första stora afdelning *Bröst*, och des andra *Eål*.

§. 3.

Alla Spindlar hafva *åtta ögon, åtta fötter, tvånne armar, tvånneramar eller tillbållare, med en klo i bvardera, och slåppa sina trådar genom besynnerliga dårtill förordnade rör, som sitta vid åndan af bålen, samt försåka sit slågte medelst ågg-vårpning*.

§. 4.

De lefva alla af rof, och skona intet lefvande, som år inom deras förmåga at angripa, ja icke ens deras egna slågtingar, ån skönt somlige af dem kunna *uthårda en otrolig svålt*.

§. 5.

§. 2.

An ex capitibus, bumeris, dorsis, pluribusque ejusmodi partibus aranei constare dicantur, non differo. Ut non solum brevis, sed etiam facilis, sim, superiorem trunci partem, *Pectus*, inferiorem vero, *Alvum*, nomino.

§. 3.

Omnes aranei gaudent *oçto oculis, oçto pedibus, duobus brachiis, totidemque retinaculis, quorum utrumque ungula munitum est; quin per canales peculiare a natura constitutos atque imæ alvo assidentes fila demittunt, & ova pariendo genus suum propagant*.

§. 4.

Præda singuli vivunt, nullique, quod capere penes eos est, vivo animalculo parcuut, immo ne quidem cognatis suis, tametsi uonnulli eorum *incredibilem sustinere famem possunt*.

§. 5.

§. 5.

De krypa utur sit skal, såsom kråftan, ormen och fjårillar-
nes skråbukar, somliga vist trenne gånger, och vid samma til-
fälle, hafva den olågenheten, at Ichneumonenes lägga sina ägg på
dem, hvars skråbukar de med sit lifs förlust framföda.

§. 6.

Liten tid efter det sista skalets iklädande, vinna de sin full-
komliga storlek, då ock deras *parnings-tid* först är förhanden.

§. 7.

Hanarne äro merendels *sällsyntare* än Honarna (torde hända,
at de äro til antalet mindre) och äga den förmågan, at kunna
si ugtsama flera honor: Efter slutad parnings-tid står näppeligen
någon hana til finnandes.

§. 8.

Hanarne äro ock alltid större til bröstet, men mindre til bäl-
len; däremot äro honorna mindre til bröstet och större til bäl-
len, så at *Honorna* därutaf öfveralt vinna ett större utseende, än hanarne,
för-

§. 5.

Ut cancri, angues ac papilionum larvæ, e testis suis, alii ter lane, *prore-
punt*, dum id malum accidit, ut Ichneumonenes sua illis ova superaddant, quo-
rum larvas cum vitæ suæ damno educunt.

§. 6.

Brevi postquam novissimam tunicam induerunt, perfectam adsequuntur
staturam, primumque *coire* incipiunt.

§. 7.

Mares foeminis plerumque rariores & pauciores sunt, pluresque for-
te valent foecundare foeminas. Tempore coitus præterlapso, vix ullus mas
reperitur.

§. 8.

Mares semper sunt majoris pectoris & minoris alvi, *Foeminæ* vero
tenuioris pectoris & crassioris alvi, sine dubio, ob copiosam partus materiam,

förmodeligen af det myckna ämne, som de i sina stora bälur till äggens fullbordande hysa.

§. 9.

Hanarna och honorna *bygga icke bolag; utan med största redsla och varsambet, nalkas, at verkställa den lust, som de å ömsa sidor till släktets förökelse hos sig känna; de förblifva ej särdeles länge tillsammans på en gång uti sin kärleks-öfning, förrän de liksom af förskräckelse hastigt skiljas åt; men de börja och snart samma lek, flera reför å nyo igen, dock med mindre krus och omsvep. Sluteligen, efter fullbordad aflelse, skynda de sig från hvarandra i största hast.*

§. 10.

Honornas bälur växa ansenligt efter fullbordad parning, och när någons bäl af de större Spindlar öppnas, kan där tydeligen synas ett ymnigt förråd på ägg, som ligga i ett särskildt, långs efter inrättadt rum, midt uti bälur, hvilket allena intager säkert en dryg tredje del af hela bälur.

§. 11.

quingentes earum alvi turgent; unde fit, ut formam longe speciosorem hæ præferant.

§. 9.

Mares & foeminæ nunquam cohabitant, cum summo vero timore & cautione, libidinem, qua, ad generis propagationem, ambo stimulantur, satiare quærunt; Lulum amoris non diu exercent, sed quasi perterrefacti ab invicem separantur; Interruptum tamen lulum, post minus præludium, denuo & sæpius continuant, donec, facta conceptione, quam celerrime dissolvantur.

§. 10.

Alvi foeminarum post coitum valde turgescunt; & si cujusdam ex majoribus araneis alvus aperiatur, magna ovorum copia evidenter conspici potest, quam locus in medio alvi separatus & longus capit, quæque tertiam omnino totius alvi partem sola continet.

§. 11.

§. 11.

Fruktfambeten är hos dem ganska *olika*; somliga värpa några få ägg, sju til åtta stycken i kullen; andra femtio, hundra de til etthundra och femtio i kullen; ja sju, åtta til tio kul- lar, så at en enda hona kan på en sommar lägga tusende ägg.

§. 12.

Omsorgen för äggens förvarande och ungarne upfödande, för- blifver honarnas ensak, och är ganska *olika*; dock hos de mesta ej, mindre, än hos de andra Insecterne, fast dessa aldrig ligga på äggen, såsom foglarne, utan sjelfva luftens värma uplifvar dem, och läcker ut deras ungar.

§. 13.

Änkönt *deras ungar* vid sin första framkomst ej til färg och tekning straxt likna sina föräldrar, så hafva de dock samma skapnad til kroppens ställning, fötter, med mera, och *behöfva icke*, som största delen andra Insecter, *genomgå förvandling* til sin
rät-

§. 11.

Foecunditas non singulis eadem: aliæ nonnulla, septem nimirum aut octo, ova, in quovis folliculo, pariunt; aliæ quinquaginta, centum, immo cen- tum & quinquaginta, in singulis folliculis, qui septem, octo, vel etiam decem, numerantur; ita ut una foemina millia ætate ova componere queat.

§. 12.

Cura ovorum ac foetus, dissimili modo, solis fæminis incumbit; ple- risque tamen non minus ac ceteris insectis; licet hæc, ut aves, ovis suis nun- quam incubent, ipsius autem aëris calor derelicta foveat, foetumque ex iis vivum in medium alliciat.

§. 13.

Quamquam *pulli* nuper editi colore & pictura parentibus suis non sta- tim similes sunt; similem tamen, quoad corpus & pedes &c. formam habent; *nec necesse est illis*, ut insectorum plerisque, *transformationem subire*, pro

rätta skapnads vinnande. Färgen och teckningen infinner sig småningom, hos en del förr, och andra senare.

§. 14.

Deras *ålder* har jag ej funnit sträcka sig längre än föga ett år, om icke på andra orter någon slågt kan gifvas, som lefver längre.

§. 15.

Om den *skada*, som några vilja påstå, at de förorsaka människan, genom deras bitande, eller rättare sagdt, spännande med deras klor; eller ock igenom det, Spindelen sjelf eller dess träck oförvarandes kan komma i människan, fordras med skäl, åtminstone vid våra Spindlar, säkrare rön. Jag har ofta blifvit af dem starkt spänd eller knipt i fingren, men aldrig känt den minsta olägenhet därefter: Och skulle alla de människor dö där af, at de få Spindel eller dess träck oförvarandes i sig, finge vi beklageligen ofta nog räkna den bedröfveliga händelsen. Kycklingar och andra små föglar äta dem med största begärlighet, och dö icke där af.

§. 16.

genuina forma impetranda. Color & pictura oboriuntur paulatim, citius apud hos, tardius apud illos.

§. 14.

Ætatem eorum annum non excedere observavi; nisi alibi terrarum species detur diutius vivens.

§. 15.

Utrum nostri aranei, ut nonnulli volunt, mordendo, sive, quod rectius dicitur, unguis suis torquendo aut lacerando, *homines lædant*, vel etiam ipsi, aut excrementa ipsorum imprudenter devorata, hominibus noceant; certioribus probabitur experimentis. Meos saepe digitos intentius & prehenderunt & pupugerunt, nullo tamen malo insequente. Et si singuli homines perirent, qui araneos, vel excrementa eorum, ex improvilo hauriunt, casus ita calamitosos haud raro deplorare, nobis contingeret. Pulli gallinaei aliæque aviculæ eos avidissime comedunt, & tamen non moriuntur.

§. 16.

§. 16.

Annå har jag ingen Spindel funnit, som icke varit något lunden, och desutom de mesta mer eller mindre med borst och pinnar ymnigt nog förfedde. Hvad med borst och pinnar förstås, skal i §. 21. förklaras.

§. 17.

Med några ord vil man nämna, at deras träck är alltid tunn, och har ett anseende som orent vatten.

§. 18.

Om de tvåögde (så kallade) Spindlar skal på slutet särskildt blifva handladt: Och bör ingen ting af denna beskrifning lämpas til dem.

2. AFDELNINGEN,

Om Spindlarnes särskildte lemmar.

§. 19.

OGONEN äro åtta (§. 3.) och sita på främsta ändan af bröstet. Men som deras olika ställning, storlek fins emellan, och

§. 16.

Araneos *glabros nondum inveni*; plerosque vero fetis & aculeis magis minusve abundantes. Quid per fetas & aculeos intelligitur, §. 21. explicabitur.

§. 17.

Brevibus dicere lubet, excrementa eorum semper esse fluida, & aquæ coenosæ similia.

§. 18.

De araneis (binoculis dictis) separatim in fine libelli agendum erit; quapropter nihil, quod hoc tractatu continetur, iis adplicetur.

SECTIO POSTERIOR,

De distinctis araneorum membris.

§. 19

OCULI sunt octo (§. 3.) in anteriori pectoris extremitate collocati. Quia vero situs eorum diversus, magnitudo mutua, & color, discernendis

och färg, tjänar til slågternas ~~af~~skiljande; så komma de vid hvarje särskild slägt at i akt tagas.

§. 20.

FÖTTREN äro ock ~~sitta~~ (§. 3.) och sitta fäste vid undra sidan af bröstet. Alla föttren hafva sex tydeligen skilde delar; närmaste delen til bålen helt liten, och kallas af mig *fofästet*. Den därnäst den tjockaste, som må kallas *läret*; Sedan en liten hölfa, som jag kallar *kna*; hvaruti antepenultima är fästad, som ock är smalare än läret, och kallas *benet*; Penultima *foten*; Ultima, *tån*; hvarvid tvänne små svarta klor sitta fäste. *Föttrens olika längd* fins imellan, samt deras mera och mindre täckning af hår, borst och pinnar, *kommer vid hvarje slägt och art at omtalas.*

§. 21.

Som alla *Spindlar äro ludne*, fast olika; så har jag kallat de kårtafte och finaste håren *Fjan*; de större *Hår*, de än gröfre *Börst*, de gröfsta, som de aldeles intet likna sig til hår, utan fast mer

generibus inserviunt, in cujusque distincti generis descriptione notandi veniunt.

§. 20.

PEDES *octo* (§. 3.) imo pectoris lateri juncti sunt. Singuli sex distinctos articulos habent. Articulatus pectori proximus pertenuis est, & *Junctura pedis* a me nominatur. Hunc excipit crassissimus, qui *Femur* dicatur. Deinde sequitur nodulus, quem pro *Geniculo* sumsi, cum quo antepenultima juncta est, quæ quoque femore tenuior *Os* audit. Penultima, *Pes*. Ultima, *Digitus pedis*, cui duæ nigræ unguæ insident. *Pedum, tam longitudo haud proportionata, quam major & minor pilorum, setarum & aculeorum, abundantia, in singulorum Generum ac Specierum descriptionibus, commemorabuntur.*

§. 21.

Quoniam omnes *aranei sunt pilosi*, etiam si dissimiliter; brevissimi ac tenuissimi pili, *lanugo* dicti sunt; majores, *pili*; asperiores, *setæ*; asper-

II. AFDELNINGEN.

9

mer til *pinnar* eller taggar på Hagtorn och Stårkbårs buskar, C. L. Spec. Plant. pag. 477: 8. 475: 10. så har jag gifvit dem namn däraf: *Pinnarne* finnas måst på Spindlarnes fötter, äro ock tvånne Sorter, *spetsiga* och *trubbiga*: de förra äro allmänna, de senare sällsynta.

§. 22.

ARMARNE äro *tvånne* (§. 3.) fitta snedt under ögonen, fram för föttren, bestå til det minsta af tre leder, alltid ludne: Skulle af den, som ej nogare gifvit akt därpå, kunna hållas för fötter, emedan Spindelen, då han går, så rör *dem*, liksom en människa flåktar med armarne, då hon springer. Dessa armar äro på Spindlarne ganska *märkvärdiga*, de *åtskilja* ej allenast *könet*, utan ofta göra god tjänst vid arternas åtskiljande. *Hanarne hafva tvånne afsele lemmar, en på hvardera armen fäster*, som gör, at armarne på ändan få nu en nu annor skapnad eller utseende, som vid hvarje art fårskildt, så mycket man kunnat utröna, skal genom ritning och beskrifning meddelat blifva. Honornas armar äro däremot, alltid enda fram, jämne som en pinne.

§. 23.

rimos, quia nullatenus pilis, multo vero magis oxyacantharum & prunorum spinosarum aculeis adsimilari queunt, C. L. Spec. Pl. pag. 477: 8. & 475: 10. horum nomine insignivi: *Aculei* in araneorum pedibus abundantius reperiuntur, suntque duplices, *acuti* & *obtusi*; Illi communes, hirari.

§. 22.

BRACHIA *duo* (§. 3.) sub oculis, ante pedes, oblique posita, in omnibus pilosa, constant ad minimum tribus articulis. Pro pedibus facile haberi possunt, ab iis, qui minus attente eos inspexere, siquidem araneus, inter ambulandum, eos ita motat, ut homo in cursu brachia vibrans. Hæc brachia in *araneis sunt notabilia*. *Sexus enim non modo distinguntur*, sed etiam speciebus discernendis eximium usum conferunt. *Mares duo habent membra genitalia, unum quovis brachio junctum*, unde extremitates brachiorum diversimode formantur; quod in singulis speciebus separatim, quantum observari potuit, per descriptiones, figuris illustratas, communicabitur. Omnibus foeminis recta contra brachia sunt, & cujusmodi perticæ teretiusculæ.

B

§ 23.

§. 23.

TILHÅLLARENA eller *Ramarne*, äro väl nya namn, som jag gifvit de tvänne midt under ögonen måst lodrätt stäldte, rörliga lemmar, som alla härtills fundne Spindlar ägt. De sitta nära intill hvarandra, äro något tjockare ofvan närmast Bröftet, och smälare mot yttre ändan, däråft de hafva en mörkbrun eller svartaktig klo, som af LISTER är kallad för spjut. Med desse *Ramars utvidgande och klornas inspännande, fasthållles och dödas ej allenast rofvet, utan ock tilhållles til den därunder sittande munnen, som på Pl. 6. Tab. 4. Fig. 2. Lit. A. tydeligen finnes upritad.*

§. 24.

MUNNEN består af tvänne rörliga käftar, som sitta innanföre och under tilhållarena, i hvardera käften sitta små hakar eller tänder, i en half-cirkel stäldte, hvarmed Spindelen targar och klämmer det med tilhållarena dittryckte rofvet, se Lit. C. FRISCH tyckes varit på god våg at se detta; des beskrifning och ritning Tom. 7. pag. 7. Tab. IV. kan min benägna låsare själf döma om.

§. 25.

§. 23.

RETINACULA, nomen quidem novum est, quo duo sub oculis linea perpendiculari sita & mobilia membra nominavi, quæ omnes aranei haftenus habuerunt. Arête conjuncta sunt, supra, prope pectus aliquantulum crassiora, at extremitates versus tenuiora, quibus subnigræ aut nigricantes unguæ insident, quas *tela* LISTER vocavit. His *retinaculis sive telis*, dum expanduntur, & unguæ infiguntur, tenetur non solum & necatur præda; sed etiam Ori infra sito applicatur atque ingeritur: quod in Pl. 6. Tab. 4. Fig. 2. Lit. A. luculenter ob oculos ponitur.

§. 24.

Os duabus maxillis infra ac intra retinacula se motantibus, constat. Utraque maxilla parvis uncis, sive denticulis munita est, ad figuram semicirculi dispositis; quibus prædam retinaculis applicata araneus mandit & conterit: Vid. Lit. C. FRISCHUS hoc observare conatus est, de cujus descriptione & figura Tom. 7. pag. 7. Tab. IV. ipse pro candore suo lecter existimet.

§. 25.

II. AFDELNINGEN.

— 81

§. 25.

SVALGET, som *sitter därunder* och på Lit. D. finnes utmärkt, emottager den saft, som med kåftarnas hopklämmande af rofvet utpräffas.

§. 26.

BRÖSTET *kallar jag nu det stycket, som alla dessa föreskrefne delar äro fäste vid*, och är på de måsta litet smalare fram åt, flatt inunder, tvårt på främsta ändan; ofvanpå hos fömliga mer eller mindre kupigt eller ryggformigt som en takås, på andra åter nog platt och hoptryckt, med hår på många ymnigt öfverräckt, på andra ganska sparsamt; på dem som äro mindre ludne synes en sänkning eller fogning, som tåmeligen kan liknas vid Romerska siffran 5 (V). Om bröstets inra beskaffenhet kan jag denna gången intet med visshet utlåta mig. Gifsnings vis förmodar jag, at den mottagne spisen der förvandlas och kringsprides, til de öfriga lemmarnas underhållande.

§. 27.

§. 25.

GULA, *quæ infra os conspicitur* & Lit. D. *expressum cernitur*, accipit succum, qui e præda maxillis exprimitur.

§. 26.

PECTORIS *nomine truncus venit, cui singula particula jam descripta junctæ sunt*. Is plerisque in anteriori parte paulo tenuior, at obtusus, in subteriori vero planus, est. Superior pars, ut recti trabecula, magis minusve aliis acuminatur; In aliis contra plana & depressa adparet. Pilis, quibus apud plurimos hæ partes abundant apud alios parcius consistæ sunt. In his incisura sive junctura, Romanorum literæ (V) similina occurrit. De interna *Pectoris* constitutione nunc certi quid statuere nequeo. Conjectura prospicio, receptum alimentum hic verti, & ad reliquorum in embro- rum sustentationem digeri.

B 2

§. 27.

§. 27.

BÅLEN är, om föttrens längd undantages *det största stycket* på spindelen, i tynnerhet hos Honorne, och gifver dem deras prydnad, medelst så många ombyten af färg och tekning, som arterne äro. *Bröftet och bålen äro med ett smalt band tilsammans bundne. Bandets fäste vid bröstet sitter i medelpuncten på dess bakre ända; men vid bålen är det fäst, i synnerhet hos väfvare Spindlarne, på undra sidan, vid pass på främsta tredje delen.* På undra sidan af bålen, mot öfra ändan sitter Honans födslolem (märket), som under parnings-tiden tydeligen tynes, och skal vid de Arter, jag funnit paras, omständeligen blifva utfördt.

§. 28.

ÄGGEN, som Honorne *aldrig lägga blotta*, utan alltid med mer eller mindre spånad omgifne, äro ej bland alla Arterne lika. Somliga hafva kantiga, somliga runda, somliga med hvarannan så hopkliftrade, at de icke kunna skiljas utan annars skadande; hvilket vid fit ställe skal tilkänna gifvas; här vil man allenast de-

§. 27.

ALVUS, si pedum longitudo excipiatur, *maximam araneorum partem constituit*, præcipue foeminarum, quarum singulas species variantes ejus colores ac picturæ ornate distingvunt. *Pectus & Alvus tenui inter se vinculo aptissime coherent. Cum centro pectoris, posteriora versus, una vinculi extremitas jungitur; altera tertiæ propemodum alvi parti inferiori, præsertim in araneis retiaris, coaptatur.* In subteriori alvi latere, anteriora versus, membrum foeminæ genitale sedet, quod tempore coitus lucide adparet, & cujus descriptio in earum specierum historiis, quas in coitu deprehendi, explicite tradetur.

§. 28.

OVA, quæ foeminæ *nunquam inoperta* componunt, temper vero majori aut minori tela involvunt, non omnibus speciebus sunt similia: alius angulata; rotunda aliis, atque ita conglutinata, ut sine ruina dissolvi nequeant; quod suo loco indicabitur. Hic in tres Classes tantummodo dispescantur; scilicet in *Magna Ova, Parva & Mediocria*. Non dura solida-
que

delä dem i trenne sörter, *stora, små, och mellan Sorten*. De hafva intet något hårdt eller fast skal kring om sig, såsom foglarnas ägg, utan allenast en tunn och genomskinlig hinna, så at färgen på det inra fynes tydeligen igenom: ja, om jag ej får vild, tekningen af sjelfva ungen, några dagar för kläckningen. Efter ungens utkrypning krymper hinnan tillammans til et litet fnudd.

§. 29.

Några tippar sitta på yttersta ändan af bålen hos bägge könen, hvarigenom Spindlarna verkelligen utsläppa de ändar eller trådar, som de til sina nåts utspännande eller eljest behöfva: Och som desse tippar eller spinspetsar äro hos åtskillige nog olika; så kommer, hvad jag om dem har kunnat utröna, på sitt ställe at i akt tagas. På slutet, uti beskrifningen om Vattuspidelen, får jag tillfälle at visa, det Spindlarne, genom desse, äfven bruka ändas.

§. 30.

Midt emellan desse spinspetsar sitter den öpning hvarigenom de rensa sig.

§. 31.

que, quali avium ova, teguntur membrana; ast molli saltem tunica, atque tam pellucida, ut color intestini foetus per eam diluceat: Immo, nisi fallor, pectura pulli, brevi antequam excludetur. Pullo excludo, in vesicam corrugatam tunica redigitur.

§. 29.

Tubercula aliquot in postrema alvi parte utriusque sexus prominent, per quæ fila vere emittuntur ad extendenda retia necessaria: & quia tubercula hæc apud plures variant, suo loco, quidquid de iis experiri potui, narrabitur. Circa finem, in descriptione aranei aquatici, occasio datur, ostendendi, quod quoque per ea araneorum spiritus exit & recipitur.

§. 30.

In medio tuberculorum foramen delitescit, quo se ab excrementis aranei purgant.

B 3

§. 31

§. 31.

SKALET, som Spindlarne afklåda sig, är som ett genomskinnligt horn, dock bråkaktigt eller sprött, och visar tydeligen Spindelens förra storlek, både till bröstet, föttren och ögonens ställning, ja armarne och tillhållarena, des klor icke undantagne: Men det, som betäcker bålen, är ett skinn, som icke behåller sin form, utan krymper aldeles tilhopa. När Spindelen skal afklåda sig det gamla skalet, söker han ett, efter sitt tycke, lämpeligt rum, sitter något dufvent, spänner sig fast uti något nåt. Bröstets öfra skorpa, jämt med föttren, armarne och tillhållarena, spricker då lös, från alla nysnämnde delar; men bliver litet fast sittande vid bakdelen af bröstet, refandes sig något med främsta ändan i vådret; vid detta tilfället är Spindelen så matt, eller i en sådan Ekstasi och orklöshet, så han ej förmår skaka en mygga af sig. Andteligen frånar han vid, börjar med ganska små knyckar, efter sin svaga förmåga, at sparka och draga: hvilar sig imellan hvarje försök, börjar åter på, och fortfar därmed så länge, til des han aldeles kommit utur sitt gamla

§. 31.

TESTA (epidermis) qua se aranci exuunt, corneola & pellucida est, at tamen cartilaginea. & priorem aranci staturam spectatoribus exhibet, tam quoad Pectus, pedes, & oculorum situm, quam brachia & retinacula, unguis minime exceptis: Alvi vero tegumentum pellicula est, quæ, formæ non retinens, in rugas tota contrahitur. Araneus, priorem exuturus corticem, locum sibi aptum quærit, ubi torpens reticulo implicatur. Exterior totius pectoris crusta tum a pedibus brachiis & retinaculis rupta sejungitur, posteriori tamen pectoris parti parumper adhærescit, anteriore surlum inclinata. Hac occasione eo ecstasis & languoris araneus redigitur, ut non unicum a se culicem depellere valeat: demum ad se redit, & quantum vires debilitatæ concedant, calcitrando ac vellicando agilitatem prodere qualemcunque incipit; Inter quodlibet tentamen se reficit, deque novo inchoatum continuat, usquedum veteri crusta se totum expediverit. Summa

la skal. Hans stora matthet, som ännu påstår, tillåter honom knapt komma så långt från sitt gamla skal, som hans kropp är lång til, utan blifver så länge kvarhängande, til dess luften tillräckeligen torkat och hårdat hans nya yta. Då han efter en fullkomlig uthvilning, börjar i sitt nya skal sitt gamla lefnads sätt.

II. STYCKET,

*Om Spindlarnes indelning i särskildta skarar,
flockar, slægter och arter.*

I. CAP.

SPINDLARNE tyngas naturligen dela sig i *tvänne skarar*

LUFT-SPINDLAR, eller sådane som vi dageligen se prof af.

VATTU-SPINDLAR, eller sådane som lefva i sjelfva vatnet;
desse äro nog sällsynta och få.

LUFT-

ma, qua et jamdum laborat, virium defectio, ad mensuram corporis, ab exuviis discedere prohibet; quapropter in retiolo pendulus remanet, donec aër recentem eju cuticulam aridam latis & solidam reddidit. Valetudine sufficienti quiete restituta, solitum vivendi genus resumit subrepticam (novam) indutus glumam.

PARS POSTERIOR,

*De Araneorum in distincta Agmina, Classes, Genera
& Species Divisione.*

I. CAP.

ARANEOS natura videtur dispescuisse in *duo Agmina*:

AËREORUM, quorum specimina quotidie cernimus.

AQUATICORUM, qui vivunt in aquis, & rariores sunt.

ARA-

LUFT-SPINDLARNE dela sig ock oftridigt i *tvänne* Flockar.

GILLRARE, eller sådane som sätta på åtskilligt fått nåt ut för rofvets fångande.

HOPPARE, som aldrig gillra, utan medelst ett hopp, liksom katten spänner rättan eller höken dufvan, håfva sig på det dem för nära kommandeyrfå.

GILLRARE flocken, synes mig nyttigt at dela i *trenne* slag:

VERTICALA, eller sådana som utsträcka *runda* nåt.

IRREGJLIERA, eller sådane, som hafva hvarken *runda* eller *tåta* nåt; utan af *hårs och tvårs bopåste åndar*.

LINNEVÄRFVARE, eller sådane som sträcka *tåta* nåt *lika* som ett *flor*.

HOPPARE flocken är af **LISTER** delad i *trenne* slag:

LUPI. PHALANGIA. CANCRIFORMES.

2.

ARANEI AEREI in *duas* quoque *Classes* facile distribuuntur.

RETIARIORUM, qui prædis capiendis, reticulos diversimode tendunt.

SALTATORES, qui nunquam irretiunt animalcula ad se propius advolantia, aut, quemadmodum feles murem, & accipiter columbam, al-
sultimprehendant.

RETIARIORUM Classem in *tria* *Genera* distinguere, necessarium duco:

VERTICALIUM, qui retiola orbiculata extendunt.

IRREGULARIUM, quorum reticuli nec orbiculati neque densi sunt, sed ex filis compositi transversim divaricatis.

TEXTORUM, densa retiola, spissis multitiis similia, tendentium.

SALTATORUM Classem in *tria* *Genera* **LISTERUS** distinxit:

LUPORUM, PHALANGIORUM & CANCRIFORMIUM.

2.

2. CAP.

Om GILLRARE-Flockens FÖRSTA SLAG, som kallas
VERTICALA.

Mig tyckes böra börja med dessa Spindlar, emedan deras Spirale (trillade) väfvar komma oss först och allestädes för ögonen. De anställa hållt sin väfnad eller nätställning, om de hafva fritt utrymme, *nästan lodrätt, hvaraf jag tagit mig anledning, at kalla dem Verticala.* De kunna ock väl under Reguliera, Orbiculata eller Cirkel-runda nätbyggare igenkännas.

§. 2.

